


beate defunctus dolebat, si non quotidie animus euaderet tum doctior, tum melior. Collegia frequentauit assiduo. Quidquid olei dabatur, consumsit in audiendo. Sic factum, ut, quae magnis alii laboribus inuenerant, facile perdisceret. Habet enim, ut bene monet, HIERONYMVS, nescio quid latens ene-gia viva vox, et in aures discipulorum de doctoris ore transfusa fortius sonat. Studio Biblico, quod etiam atque etiam ei commendare solebam: deditus in primis fuit, gauisunque est, ubi sentiret rigore Logico particulias sacras dissecati, sensus abditos eorumque nervus euiseerari. Neo desultoria leuitate abscessit a praeceptoribus, quos expertus erat ἐπιτήμονος διδάκτων Φιλόπονος, εμαρτίγους. Quum officium boni auditoris apud PLATONEM sit, 1) αἰνούσιεν, 2) ἐπαναλαμβάνειν, 3) παρακαλεῖν τὸ βιβλιον, 4) ἔχειν θερινὸν καθίζειν 5) ἔχειν πατασθαι 6) μελετᾶν 7) πέποντας αλλους λέγειν: Suauissimus noster Commissario id omne proflus explicuit. Praeceptores suos et Scholasticos et academicos mirum quantum amavit, eorum honorificam quavis occasione mentionem fecit. Ae sane ingrato homine nihil peius terra creat. Acquissimum esse, fassus est, illud Rabbinorum monitum, non sine integramento pronuntiatum

בְּרוֹדַת רְשִׁתִּית סְבִּית לֹא חֶשְׁרֵי בְּדַ קְלָא In fontem, ex quo semel bibisti aquam, ne proicias glebam, hoc est, a quo beneficio affectus quis est, ne levissimo ingratiae mentis vitio est laedendus. Nec villa vitae ROCKENFVSS nostri pars absuit a virtute, a diligentia, a modestia, et honestissimae voluntatis cupis. Melius putauit malorum habere odium, quam consortium; quamquam nec mali tam illustre virtutis exemplum odisse potuerunt. Fecit enim quae sua erant, quae sunt aliena relictis. Virum praesertim iuuenili aetate. Si sunt multi, qui quum vix tria STESICHORI, quod aiunt, nouerant, ultraque Schollarum vix sapient puluerem, tamen caput effurerunt, insolentiori gradu incident, contemptim habentalios: in aliis omnia certe noster insigniter doctus et humanissimus abiit ROCKENFVSSIUS. Fruere jam igitur candida anima elemento TVO, SALVATORE in saecula saeculorum deuenerando, quem heic amantissime sectatus es. Corpus TVVM, tamquam granum nobilis filiginis in spem futuram, terrae mandatum, lucidissima exornatum gloria resurgat! Deproperauit haec pietas mea, Heilitadii.

Anno 1748. d. 17. Aprilis.



Antiqu. Graec.